

74
 nec vectibus ferreis. aut grauiū valuarū obici-
 bus. quo minus penetret impeditur. quomodo
 nō pōt intelligibilis dei splēdor. in cogitacōes
 hominū et corda. semet que ipse creauit insere-
 re. sed ea que ipse fecit non videt. et fecit vt me-
 liora sint que facta sunt. et potentiora. q̄ ipē ē
 qui ea fecit vt possint quādo volūt cognicōem
 sui opatoris latere. Tantā ergo virtutem et po-
 testatem inserit mentib⁹ nostris. vt eam comp-
 hēdere cum velit ipse nō possit. Duo absoluim⁹
 et vt arbitramur nō incōgrue nobis hmōi cecī-
 dit disputacō.

**¶ Cur peccōres habundēt
 cū iusti egeāt et afficiātur Capitulum. 10.**

Tercium gen⁹ questionis residet hmōi.
 Cur peccōres habūdent opib⁹ et diuicij⁹
 epulentur iugiter sine merore. sine luctu
 Iusti autem egeant et afficiantur. aut coningū
 amissione. aut liberorū. Quib⁹ satisfacere debu-
 it illa euangelij parabola. q̄ diues purpura et
 bisso induebat. et epulas copiosas exhibebat
 quotidie. Paup autem plen⁹ vlcerū de mensa
 eius colligebat reliquias. Post obitum vero v-
 triusq; paup erat in sinu abrahe requiē habēs
 Dives autē in supplicij⁹. Nonne euidentis est me-
 ritorium aut premia aut supplicia post mortem
 manere. et recte quia in certamine labor ē. post
 certamē alijs victoria. alijs ignominia. Nūquid